THEODORITI CYRENSIS EPISCOPI DE

Euangelicæ veritatis ex Græcorum atq; gentium philoſophia cognitione, ſiue de Græcarum affectionum curatione, Libri duodecim, Zenobio Acciaolo interprete.

Cum Indice copioſiſſimo.

* Docti cuiuſdam de his Theodoriti libris iudicium.

* Nullus tam doctus eſt homo, qui non ex horum Theodoriti librorum lectione, noua ſibi atq; inaudita quàm plurima ſit accepturus.

* Hæc verba sunt ipsius Zenobij in ... folio 5 in ... pag.

¶ Verba sunt Acciaoli in prologo, folio quinto. pagina ... 2.

Duplic.

ANTVERPIAE.
Apud Ioannem Steelſium, in ſcuto Burgundiæ. Anno M. D. XL.

Ex dono Dni Gulielmi Hay sacerdotis Hyberni.

ZENOBII ACCIAOLI FLORENTINI ORDInis Prædicatorum Prologus ad Leonem decimum Pontificem Maximũ, in libros Theodoriti quorũ titulus, Curatio Græcarum affectionum, è Græco idiomate in Latinum conuerſos.

Scita eſt Salomonis ſententia, Leo decime Summe Pontifex: Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. (Eccleſiaſtę cap.1.) Quæ ſi, vt pleraq; ſolẽt ſcripturę verba, de literario ſenſu ad ethicum inflectãtur, oportunè nos admonere putanda ſunt, vt in eos homines à quibus beneficia acceperimus, quas poſſumus vices grato animo referamus. Quod itaq; ad me attinet, cum ab ineunte adoleſcentia decurſum vitæ ſpatium ad hoc ætatis vſque cõſidero, ita me video perpetuo quodam liberalitatis tenore à familia veſtra

THEODORITI CYRENSIS EPISCOPI DE CVRATIONE Gręcarum affectionum, Sermo primus, in quo fides defenditur.

MEDENDI rationem, tum corpori, tum & animæ congruere ſatis conſtat. quando & corpus & animam, frequentibus morbis ac perturbationibus laborare contingit. Cæterũ corporeæ quidem peſtes, inuitis admodum nobis adueniunt, animæ verò labes, à delectu voluntatis pleræque proficiſcuntur. Huius itaque rei apprime conſcius DEVS, vtpote qui ſapientiſſimus eſt, quiq; auctor animarum & corporum cæterarumq; rerum omniũ, ſuos vtrique naturæ congruẽtesq; curandi modos, ac propria fomenta diſtribuit, Medicosq; inſuper vtriq; rei præfecit, qui & hanc & illam medendi rationem perdocti eſſent, iuſſitq; eos quodam quaſi imperio ac dominatu moderari morbos, illisq; præeſſe. Verum longe diuerſa ægrotantium ratio eſſe cernitur. Nam qui ſunt corpore male affecto, morbos ægrè ferunt, ſanitatemq; appetunt, atque idcirco Medicis obedientes ſe præbent, non iucũda ſolum miniſtrantibus pharmaca, verũ etiam ſi ferro igniq; vtantur, ſi inediam imperent, ſi plenos amaroris calices porrigant. Cumq; hoc tam triſti

STEEL SIVS.
Concordia, res paruę creſcunt.